

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

T

Na. 38.



POSITIONES
DE FELICITATE PRACTI-

CA ET THEORICA .I. ET IO. LIBRO ἠθικῶν Νι-
κομαχείων à Philosopho, Aristotele, eruditè explanata, publicè,
extraordinariè tamen, in laudatissima Marchionum
Academia Francofordiana cis Viadrum, in gratiam
bonarum artium & LL: candidatorum, ad
disquirendum propositæ

A

Iohanne Spechtio Glogouiensè
L L. Studiofo.

Ad diem 13. Mensis Ianuarij Anno à Christo nato
M. D. LXXXII.



FRANCOFORDIÆ EXCVDEBAT
IOHANNES EICHORN.

NOBILITATE GENERIS, P I E-
TATE, ET OMNIVM V I R T V T V M, A C L I
beralis doctrinae scientia, ornatissimis Iuuenibus, V Wolfgango
à Niebschitz, & Christophoro Friderico à Kanitz,
bonarum artium & Legum Studiosis.

Doctrinae

Quòd omnis solidioris & sanioris Professores ac Studios
sos, amore quodam singulari prosequantur:

E T

Scholasticam militiam beneuolam mente plena fidei & re-
uerentiae summissè suspiciant & venerentur:

P R A E S E S :

Positiones has, quo par est mentis cultu & ob-
seruantia, nuncupat,

S. P. D.

Ponderosa, grauis, iucunda, querula tamen, nobilitate, genere, & virtute, ornatu iuuenes, de tranquillissimo excessu Socratis, ex hac vita, apud Platonem, concio extat: cuius quoties recordor, non nisi grata quadam, animi cum beneuolentia reputo, presentem statum & vitæ nostræ rationem: quæ simili modo exigit, vt prius hinc, vberioris doctrinæ consequendæ causa, commigrantes, præceptoribus doctissimis, viris erudita doctrina, & religiosa pietate præstantibus, submissè reuerendis, gratam mentem pro summis exantlatis laboribus, referamus. Si enim Socrates, homo Ethnicus, parum in vera Dei agnitione eruditus, ἐν εὐφροσύνῃ καὶ δαδευῶν, inter faustos sermones, & cum precatone, discedere constituit: multò magis nos, qui in Ecclesia veriori educati sumus, hinc profecturos, dominis præceptoribus, eadem precari, debitaq; ἀντιμισθία ex animo compensare, decet. Quam enim detestandum vitium sit ingratitude, nulli non notissimum esse existimo, qui saltem naturæ ductus sequitur. Idcirco grauissimis moti rationibus, & sacrarum literarum auctoramento ducti, scholæ huic laudatissimæ, & magnificis viris, reliquisq; communibus amicis ἐφροσύνην fausti ominis loco, in felix noui anni auspiciu, & honorificu perpetuæ gratitudinis μνημόσυνον dicere & precari, muneris nostri esse duximus. Vt omnes ad
A 2 benefici

beneficiorum diuinorum considerationem quoq̄, seriāq̄
& ardentem precationem, accendamus atq̄ exuscite-
mur. Hoc si rectè auguratur animus, commodiori mo-
do fieri non potest, quàm si ea, quæ pleno haustu acce-
pimus, publica & solitaria voce, clarissimorum præce-
ptorum adiuti, orando disputandoq̄, pro virili, fulti au-
spicijs diuinis, in locis cōsuetis, exprimamus. Quod enim
Socrates apud Platonem, in 7. lib. de republ: præcipit,
vt discipuli bonarum artium amore flagrantēs cupidè
audiant & interrogent alios, vt sint φιλήκοοι, ζητητικοί & εὐ-
λόπονοι; id nostri quoq̄ magistri, & sacræ Philosophiæ
acutissimi dispensatores, nobis seuerè iniungunt. At
quis rectius audire, & interrogare, auditaq̄ diligenter
expendere potest, quàm qui disputationibus crebris a-
nimum suum excolunt, & prudenter informant? qua-
rum se auxiliio, diuinus Aristoteles, omnes scientias, ar-
tesq̄ perlustrasse indubitanter asserit. Quid enim, de
summīs elogijs, quibus exercitiij huius immensam vti-
litatem Iurisconsulti Iusticiæ politicæ Antistites, pas-
sim celebrant dicam? quemadmodum l. diui fratres ff.
de iure patronatus l. numerum ff. de muneribus & ho-
nore, luculenter testantur. Quamobrem humanissimi
Viri, qui nobis hanc facultatem verè Philosophicam
conceditis, plus debemus, quàm vt possimus, aut facul-
tate, aut ingenio, aut dicendi copia, meritam gratiam
reddere.

reddere. At enimvero, dabimus operam, nè tanti beneficij vos vnquam pœniteat, quod quidem omni honesta ratione fouere, totis annitemur viribus: Ter Maximum Deum iugiter orantes, (qui vt cum Poëta loquar, *δωτὴς εὐαὐγῆ* est) vt multo cū fœnore, huius & alterius vitæ vsura, id ipsum largiter vobis recompenset. Nec dubitamus, quin Deus vota hæc, piè concepta, ipso euentu sit comprobaturus, & alueolos hos vestros, in quibus ipsi dulce mellificum exercetis, medijs ad perfectam & absolutam doctrinam egregiè discipulos ducentibus propositis, clementer defensurus, contra venenatas vyperas, qui clanculum eos arrodere virulenter conantur. A votis ad Deum conuersis, & pia gratiarum actione, amplissimis Proceribus, illustris Scholæ huius, habita, ad vos nobilissimos iuuenes, conuertenda erit oratio, & rogandum, quibus par est modis omnibus, vt quemadmodum cœpistis, in laudabili industrie vestræ cursu, pergatis. Exempla habetis vterq; amplissima. Cui enim non innotuerunt, *V*Wolfgange, augustissimæ familiæ tuæ, illustria facta: cui non fortitudo egregia, piæ & felicitis memoriæ parentis tui strenuissimi, quem sæpe relatu optimorum comperimus, propter heroicam virtutem sibi insitam, non reformidasse, horrida panoplia, deterrimi hostis Turcici, non lorica hamata & ponderosa, non hastã trabilem, & rigidã. Cui nō perspecta est pietas spectatissimæ virtutis, heroinæ

matris tuæ. Quid differam, de præcellenti doctrina & omnium virtutum ornamentis, clarissimi viri Avunculi tui, Georgij à Zedlitz, (beatae memoriae) qui natalium vestrorum splendorem, & generosam ingenij vim, dexteritate iudicij, recta cultura & multiplici eruditione in celeberrimis Europæ scholis, urbibus, & aulis, ita illustravit & auxit, ut totus Ducatus Glogoviensis, in rebus supramodum arduis ad prudentiam eius variam, & sapientem, ceu ad certum ἄστυλον tempore necessitatis confugerit: qua subindè quoties res postulabat, apud Cæs. Maiest. cum splendida animi propositione, usus est. Habes fratrem, Ernestum, cognitione nobilioris literaturæ, benè tinctum, unicum tuorum studiorum fautorem, & promotorem amplissimum. At; verò, quibus laudibus multiplicem doctrinam, & præclara gesta, Christophore, parentis tui generosissimi, veham? cuius sapientia, multis retrò annis, præcipuis Dynastis, orbis Christiani, comprobata est: in cuius nutu plurimum autoritatis residet, & in cuius oculis, elucet gravitas humanitate condita. Quippe, nescio qui sit patruo tuo Viro Magnifico & Illustri propter præstantem doctrinam & gratam rerum omnium cognitionem, præferendus? Qui cæteros omnes, autoritate, gravitate, sapientia, prudentia, perinde ut Tiresias manes, (quemadmodum in fabulis iactitatum est) apud inferos anteire videtur,

tur, cuius virtuti, tanta coniuncta est ingenij acrimos-
nia, tanta grauitas, vt intuenti stuporem incutiat.
Qui omnibus ferè principibus, propter neruosam elo-
quentiam acceptus fuit: imprimis autem eum admirare
cepit Augustissima aula, Serenissimi Regis Sigismun-
di II. Vos igitur, nominis vestrorum celebritate
ad amorem similium virtutum accensi, nobilitatem à
maioribus acceptam, splendidiori aut illustriori orna-
mēto condecorare, non potestis quam si vterq; vestrigys
Vestrorum pro virilibus imitami. Ite igitur, accen-
sa diuinæ gloriæ studio pectora, & conamini titillatio-
ne quadam honestissimæ voluptatis allecti, virtutem
vestrorum, viuus ac spirantibus exemplis confirmare,
ansa vobis data est, via virtutis monstrata. A modò
nihil in me socordiæ reperietis, nec defetiscar, $\lambda\iota\delta\omicron\upsilon\pi$
 $\omega\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ enti, etsi tanto oneri impar, posthac pulcherri-
ma quæq; proponendo (ex quibus apparebunt morum
 $\nu\upsilon\omega\gamma\iota\sigma\mu\acute{\alpha}\tau\alpha$, & in quibus mentis nostræ habitus, atq; ef-
figies, tanquam in speculo quodam, representabitur) do-
ctissimorum virorum singulari acie mentis & vi discuo-
tientium doctrinas, vobis præmonstrare. Constitui au-
tem vestris subindè exigentibus vtilissimam doctri-
nam de fine hominis, I. & 10. lib. Ethicorum Nicoma-
chiorum declaratam, (qui duplex proponitur) thesibus
comprehendere, vt prius antequam ex hoc Museo, cha-
ritum geniali sede, discederetis, specimen diligentiae pu-
blicè

blicè ederetis, ut hæ theses successiuis horis concinna-
tæ, totam operis Ideam de fine hominis, in breui quasi
tabella contractam referrent. Atqui copiose satis,
Quicquid enim Platonis & Socratis arculæ, quicquid
Ciceronis ⁱⁿ ~~in~~ ^{regobinica} de hac arte complectuntur, id ex
Aristotele, veritatis humanæ Aquila plenè & vberri-
mè ad disquirendum proponitur. Quanta autem hu-
ius præsentis disputationis sit vtilitas, quanta vis, &
iucunditas, præclare Plato Philosophorum Coriphæus
ad Eudemum testatur: cum vitam hominis sine ca-
rentem, insignis stulticiæ argumentum esse, dicit.
Quanta autem, huius doctrinæ sit difficultas, testatur
sapientissimorum virorum ^{ἀσπασανδρος, τῶν ἀληθῶν}, quem ve-
ram veritatem de fine hominis eruendo, omnibus secu-
lis, per densam nebulam & velut in tenebris plus quàm
cimmærijs dimicantes, gesserunt. Ac his ita præmis-
sis, absq; omni verborum cultu, nihil restat, nisi vt
vnà mecum veritatis ergo, præsentem doctrinam, ex
purioris Philosophiæ penentralibus depromptam, acri-
ter defendere non desistatis. Atq; Verè quis finis ho-
minis sit vltimus attendatis, cum multum luxuriantes
quasiq; fruticantes cupiditates stringat, & nobis ado-
lescentibus, in hac disciplinæ laxatione frænum injici-
at, qui petulantia & malitia elati, quæcumq; sanè, de
morum & vitæ gubernatione, p̄i rectores, accinant,
non patimur, nos regi & ad studia virtutis flecti. Cum
vero

vero ante victoriam nihil certi nobis polliceri habeamus, Christum ardentem petimus, ut nos indefessos opera multa & laboriosa subeat, presentis luctae βασιλειου Spiritus sui magisterio edocti, ut accipere queamus. Valete benedictione Christi mutua, & boni κειμήλιον nostrum Chartaceum consulite. Anno τῆς 281-
σογoviαε, sesquimillesimo octuagesimo secundo, 13. die M. Ianuarij.



B

Theses

THESES
DE FELICITATE
Practica & Theorica, ad disqui-
rendum, propositæ.

I.

Felicitas humana, quam aliâs finem vltimum ap-
pellant, Græcis εὐδαιμονία, dicitur.

II.

Quæ συνωνύμως, summum bonum, bonum humanum,
bonum vltimum, felicitas practica, felicitas perfecta,
nuncupatur.

III.

Græcè εὐδαιμονία, εὐζωία, εὐπραξία.

IIII.

Vnde τὸ εὐζωίῳ, καὶ εὐπραξίῳ, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν. Idem esse
statuunt, quod est εὐζωία, εὐπραξία καὶ εὐδαιμονία.

V.

Quamuis μακαριότητα interpretentur:

VI.

εὐδαιμονεῖν tamen vox, ad verbum expressa, sonat,
commodam viuendi rationem, functionumq; laudabili-
um decus.

VII.

Quod certè nihil aliud est, quam εὐζωίῳ, καὶ εὐπρα-
ξίῳ.

Hæc

VIII.

Hæc enim omnia sobriè & nervose accepta, exoptabilem vitæ statum, quem agendo rectèq; viuendo consequimur, denotant.

IX.

Vndè sæpè notiones nominis, in ipsam rei cognitionem nos deducunt.

X.

Id quod sapienter, in Cratylo Plato comprobat.

XI.

Exinde felicitas 4. cap. lib. I. Ethicorum Nicomachiorum ἐν τῷ πρῶτῳ dicitur idem esse, quod benè viuere benè agere.

XII.

Hinc notabiliter Philosophus ab inductione consequentiam subsumit, felicitatem esse actionum sufficientem vitæ perfectionem.

XIII.

Quod autem ἀγαθὸν ἐστίν, nonne & optimum?

XIIII.

Quod si optimum, simpliciter perfectum:

XV.

Hoc autem quod bonum est simpliciter optabile, et per se expetendum, erit.

B 2

Ergo

XVI.

Ergo Philosophus his præmissis, perfectum bonum tale videri, quo quis contentus esse possit, indubitanter concludit.

XVII.

Quod ipsum exactiori descriptione post colligit:

XVIII.

Felicitatem humanam, esse bonum humanum, perfectum quod satis est homini, per se expetendum, pendens à rectè prudenterq; factis, generi humano à Deo concessum.

XIX.

Quibus addamus debitum finem, ut glorificetur Pater noster cœlestis.

XX.

Hæc luculenter singula, primò Ethicorum Nicomachiorum declarat.

XXI.

Imò summum bonum, non esse actiones virtutis, quemadmodum hætenus affirmare visus est, præcise demonstrat:

XXII.

Verum id, quod pendet ab actione virtutis.

XXIII.

Quod nominatur suavis quedam affectio, qua percepta,

cepta, in nobis iucundus & quietus mentis status existit.

XXIIII.

Atque hoc est, quod dici solet: $\sigma\alpha\sigma\iota\epsilon\ \tau\delta\ \nu\delta$.

XXV.

Dummodo mens conquiescit, nec sollicita est amplius aliquid desiderando.

XXVI.

Sed prurit quodammodo præ laticia, super actionibus virtutis quas à se promptè & expeditè edi intelligit.

XXVII.

Vt ita felicitas humana breuiter loquendo, sit expletio & suauitas quaedam mentis:

XXVIII.

Percipientis inquam, rectè se ex virtute agere.

XXIX.

In qua perceptione homo agnoscit suam illam perfectionem, quam acquirit ab exercitio virtutis sibi suauissimo.

XXX.

Quare vt vno verbo dicamus quod res est, felicitatem Aristoteles appellat voluptatem;

XXXI.

Voluptatem animi non corporis, ideò addit: $\tau\delta\ \mu\epsilon\upsilon\ \gamma\omega\upsilon\tau\ \upsilon\delta\ \epsilon\sigma\epsilon\ \alpha\psi\chi\omega\upsilon\chi\iota\kappa\omega\upsilon\tau$.

B 3

At

XXXII.

At enim uero, cum variè & discrepantes sint de beatitudine sententiæ:

XXXIII.

(Aliter enim vulgus imperitum, de fine ultimo loquitur, aliter sapientes statuunt, & iidem à seipsis dissentiant:)

XXXIII.

Tenendum est, Aristotelem primo reijcere, opinionem eorum, qui ἡδονῶν σωματικῶν, summum bonum esse, statuunt.

XXXV.

Quorum ineptia, communi sensus iudicio, redarguuntur:

XXXVI.

Cum hoc vitæ genus, totum ἀπολαυσικόν sit:

XXXVII.

Vt qui cogitationes, in id abiecerunt suas, veluti pecudes, ad pastum prostratæ iaceant:

XXXVIII.

Curam solius corporis agentes nullam interea nobilissimæ in homine partis, animæ scilicet,

XXXIX.

Hi enim ad virtutis honestatisq; contemplationem animum, ad libidines proni, humoq; affixi, nusquam erigunt.

Nam

XL.

Nam voluptatum illecebris irretiti Heraclito d^zcente, paleas magis, quàm aurum seligunt.

XLI.

Nec eorum opinio, qui aliquid euident, & oculis hominum patens, veluti honores, gloria, & famæ splendorem appetunt, Philosopho probatur.

XLII.

Cum hac ratione, iuxta doctissimum Florentinum, breui homines futuri essent, felices:

XLIII.

Eò quòd honor, propter errorem, & iudicij prauitatem haud rarò etiam indignis tribuatur.

XLIIII.

Siquidem ex veritate pauca, multa ex opinione vulgus aestimet.

XLV.

Porrò nihilominus & illi à veritatis tramite deuiant, qui diuitias, opes, & reliqua fortunæ bona, felicitatem humanam esse argutantur.

XLVI.

Qui nulla meliori via, quàm exemplo Mide Regis Phrygiæ refutantur, quod perosus opes, rura & Syluas coleret, ipsa pœnitentia facti, errorem declarans.

XLVII.

Ac quamuis bonis hominis omnibus, longè præstantior sit virtus, tota tamen Stoicorum natio errat, ultimum hominis finem, virtutem esse statuens;

XLVIII.

Cum magis operationes virtutis, quam ociosus habitus spectandus sit.

XLIX.

Et quis nihil agentem, maximisq; cum malis conflictantem, in beatis numerauerit?

L.

Verum cum præter has falsas opiniones, sit & alia celebris quædam opinio Ideam summum bonum esse augurans, & illa refellenda est.

LI.

Ad quam Plato, omnes actiones referendas esse docuit.

LII.

Nec (vt opinatur) immeritò, cum in contemplatione Ideæ perfectam felicitatem consistere existimaret.

LIII.

Hanc erroneam sententiam, claris rationibus Philosophus reijcit.

LIIII.

Quarum potior ab ordine prædicamentorum sumpta,











Nr 407.
83

ULB Halle 3
000 997 781




Sb.

[Handwritten scribbles]

VD 77







POSITIONES

DE FELICITATE PRACTI-

CA ET THEORICA .I. ET IO. LIBRO ὁθικῶν Νι-

χομαχείωρ à Philosopho, Aristotele, eruditè explanata, publicè,

extraordinariè tamen, in laudatissima Marchionum

Academia Francofordiana cis Viadrum, in gratiam

bonarum artium & LL: candidatorum, ad

disquirendum propositæ

A

Iohanne Spechtio Glogouiensè

L.L. Studiofo.

Ad diem 13. Mensis Ianuarij Anno à Christo nato

M. D. LXXXII.



FRANCOFORDIÆ EXCVDEBAT
IOHANNES EICHORN.